



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilman**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

Liber quintus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](#)

41  
COLLATIONVM  
SACRARVM LI  
BER QVINTVS.

DE SACROSANTIS EC  
CLESIIS, ET IMMVNITATE, PO  
testate ac dignitate Ecclesiastica, & que aucta  
rerum sacrarum & sacerdotum violatoris  
memorabilia contigerunt.

*Ex 47. cap. Geneseos. De priuilegio & immunitate  
sacerdotum apud Aegyptios, temporibus Ioseph,  
& Pharaonis.*

CAP. PRIMVM.

**E**N toto orbe panis deerat, & op  
presserat fames terrā, maxime  
Aegyptij & Chanaan. E quibus  
omnem pecuniam congrega  
uit pro venditione frumenti  
& intulit eam in æarium regis.  
Cumque defecisset epm toribus precium, ve  
nit cuncta Aegyptus ad Ioseph, dicens: Da  
nobis panes: quare morimur coram te defici  
ente pecunia: Quibus ille respondit: Adduci  
te pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si  
precium non habetis. Quæ cum adduxissent,  
dedit eis alimenta pro equis, & oviibus, & bo  
bus, & asinis; sustentauitque eos illo anno, pro  
com-

cōmūtatione pecorū. Venerunt quoq; anno  
secundo, & dixerunt ei: Non celamus Domi-  
no nōstro, quōd deficiente, pecunia pecora  
simul defecerunt: nec clam te est, quod abs-  
que corporibus & terra nihil habeamus. Cur  
ergo moriemur te vidente: & nos, & terra no-  
stra tui erimus: eme nos in seruitutem regiam,  
& præbe semina: nepereunte cultore, rediga-  
tur terra in solitudinem. Emit igitur Ioseph  
omnēm terram Aegypti, vendentibus singu-  
lis possessiones suas, præ magnitudine famis.  
Dubiebatq; eam Pharaoni, & cunctos populos  
eius, a nouissimis terminis Aegypti, usque ad  
extremos fines eius: præter terram sacerdo-  
tum, quæ à rege tradita fuerat eis: quibus &c  
scatuta cibaria ex hortis publicis præbeban-  
tur, & idcirco non sunt compulsi vendere pos-  
sessiones suas. Dixit ergo Ioseph ad populos:  
En ut cernitis, & vos & terram vestram Pha-  
rao possidet: Accipite semina, & scrite agros,  
veringes habere possitis. Quintam partem regi  
debitus: quatuor reliquias permitto vobis in se-  
mentem, & in cibum familiis & liberis vestris.  
Qui responderunt: Salus nostra in manu tua  
est: respiciat nos tantum Dominus noster, &  
lati serviemus regi. Ex eo tempore usque in  
præsentem diem in yniuersa terra Aegypti,  
regibus quinta pars soluitur, & factum est  
quasi in legem: absque terra sacerdotum, quæ  
libera ab hac conditione fuit. Audiant qui  
nunc

506 COLLATION. SACRAR.

nunc vnuunt, inquit in hunc locum D. Chrysostomus, (*Hom. 66. in Genes.*) quantam olin  
sacerdotum idolorum curam habuerint, &  
discant, vt vel saltē parem habeant hono-  
rem his, quibus omnium Dei ministerium  
creditum, & sacerdotio insigniti sunt. Si eis  
errantes illi, & tantam idolorum curam ha-  
bentes, quia ex hoc putabant idola magis co-  
li, si ita eorum ministros colerent: quanta non  
condemnatione digni, qui nunc imminuant,  
quod ad illorum spectat cultum? An negligi-  
tur respicias eum, cui honor conferetur. Non e-  
nim propter illum debes, quod tuum est, sa-  
cere, sed propter illum, cuius sacerdos est, &  
& ab illo retributiones vberitatem accipitas. Pro-  
pter quod & dicebat. Quod fecerit vni horū  
& mihi fecit: (*Matt. 25* & (*Matt. 10.*) Qui ac-  
cepit Prophetam in nomine Prophetæ, merce-  
dem Prophetæ accipiet. Num à dignitate  
vel vilitate ministrorum tibi retribuet domi-  
nus? Ob alacritatem tuam vel coronat, vel con-  
demnat. Et sicut honor qui propter ipsum im-  
penditur, multum parit fiducia. (*Troglia e-*  
*nim sibi facit Deus, quæ in seruos colloca-*  
*tur*) ita & illorum contemptus multam è su-  
pernis nobis poenam deseret. Igitur sic sum  
um esse honorem, ita & contemptum dictrid  
quod scientes, nunquam negligamus cultum,  
qui sacerdotibus Dei debetur. Et hac dico,

noꝝ

RAR.  
D. Christi  
tam olim  
erint, &  
nt hono  
nisterium  
t. Si eum  
uram ha  
magis co  
uanta nos  
minuant  
n nescia  
et: Neig  
ut. Non e  
am est, fa  
dos ch. N  
pitas. Pro  
uni horū.  
Qui acc  
re, merce  
dignitate  
uet domi  
ar, vel con  
ipsum im  
ropia e  
collocan  
ltam. & su  
r sicut su  
n dicitur  
scultum,  
nac dico  
no

non tantam illorum rationem habens, quan  
tam vestrae charitatis, cupiens vos in omni  
bus lucrifacere. Quid enim tantum das, quan  
tum accipis a Domino? Quantum autem cul  
tum affers? Attamen & pro illo vili, & in eum,  
qui in praesenti vita simul dissoluitur, immor  
tales accipies mercedes, & ineffabilia bona.  
Hæc mente versemus, & properemus ad eo  
rum obsequia, non attendentes sumptum, sed  
lucrum & accessionem quæ inde nascunur.  
Nam si videntes viri alicuius singulati digni  
tate insignis familiarem, operam damus, vt,  
quantum possibile est, illi præstemus obsequiu  
m, cogitantes, quod quæ illi sunt, eius Do  
mino accedant: & quod ille familiaris, vbi  
significari patrone suo, maiorem nobis a pud  
cum fauorem conciliet: multò magis hoc erit  
apud vniuersorum Dominum. Nam si quis in  
vulgarem aliquem & abiectum benignantem  
& compassionem aliquam declararet: domi  
num quæ sunt sibi propria faciens, promittit  
se in regnum introducturum eos, qui aliquid  
boni illi fecerint, & dicturum: (Matt. 25.) Ve  
nite benedicti patris mei, quia esurui, & de  
distis mihi quod comedarem: multò magis  
eos, qui propter Deum affliguntur, & sacerdo  
cio insigniti sunt, si quis observauerit, non so  
lum parem assequetur retributionem, sed mul  
tipliciter maiorem, misericorde Deo ex abun  
dantia misericordiae semper ea, quæ à nobis  
sunt,

502 COLLATION. SACRARIUM  
fiunt, vincēte. Ne igitur simus deteriores infide-  
libus, qui propter idolorum errorem adiu-  
tantum cultum exhibent illorum famulis; sed  
quantum distat error & veritas, tantum di-  
stant & illorum & Dei sacerdotes. Tam excellen-  
tem igitur & honorem impendere de-  
mus, ut multò plures è supernis nobis retribu-  
tiones accrescant.

Ioannes Zonaras tom. 1. Annalium, Alexander Ma-  
gnum Pontificem Iudeorum, Pontificalibus regis  
mentis indutum, reverenter accedit, adorat &  
salutem omnibusq; Iudeorum postulatis annuit.

CAP. II.

Alexander Magnus dum Tyrum obside-  
bat, per literas a Pontifice Iudeorum pe-  
titit, auxilia sibi mitti, & forum praebevit exer-  
citui, sibique ea dari, quæ pensare Dario soli-  
ti essent. Cum autem Pontifex se iurecurando  
obstrictum esse Dario, ne arma contra illam  
ferret, dixisset, idque viuente illo viola-  
turum negasset: Alexander iratus sebello peni-  
turus Hierosolima comminatur: ceptaque  
Tyro contra urbem proficisciuit. At Pontifex  
Ioadus ob regis iram anxius, Deum orat, ne  
populum desitiat, quem Deus in somnis bo-  
no animo esse iubet: ac portis apertis & vīcē  
exornata ipsum cum sacerdotibus solito habi-  
tu, populum candidis vestibus regi obuiat  
prodire. Facit ille, ut iussus erat. Alexandru-  
m appropinquante, cum sacerdotibus & vi-

bant mu-  
vade &  
libus ;  
ribem &  
der cum  
deum et  
cynthia  
piti imp  
Dei non  
que ade  
eo cūn  
nio etia  
Pontifi-  
lum, sec  
effet, ac  
vidi, du  
sem in  
cogitan  
mitteba  
regnum  
tem nec  
habitu  
recorda  
Darijum  
sarii por  
ti porre  
templo  
scripto  
villo, q  
Grato

## LIBER IIII.

503

bana multitudine in locum quendam prodit,  
vnde & vrbis & templum conspiciebatur. Mi-  
liebus autem opinantibus regem iussurum  
vbem diripi, & Pontificem occidi: Alexan-  
der cum sacerdotes & populum, vt ante di-  
ctum est, ornatus vidisset, ac Pontificem hia-  
cinthina & inaurata stola indutum, cidari ca-  
piti imposita, & aurcam in eo laminam, cui  
Dei nomen inscriptum erat: solus accessit at-  
que adorauit, Pontificemque salutauit. Eo fa-  
cto cum cæteri omnes obstuissent, Par me-  
nio etiam rogare ausus est, cur Iudeorum  
Pontificem adorasset? Cui respondit, Non il-  
lum, sed Deum, cuius ille sacerdotio ornatus  
esset, adorasse. Nam hunc, inquit, in somnis  
vidi, dum adhuc parum à Macedonia recessis.  
sem in hoc habitu. Is me de Asia subigenda  
cogitantem, hortabatur, ne cunctareret: & pro-  
mittebat, seipsum forè ducem exercitus, &  
regnum Persarum mihi traditurum. Cùm au-  
tem neminem adhuc, præter istum modò, tali  
habitu viderim: tum visionis nocturnæ sum  
recordatus, tum Deo authore bellò moto, me  
Darium superaturum confido, & regno Per-  
sarum potiturum. His dictis, & dextera sacerdo-  
ti correcta, vrbem est ingressus, cumque in  
templum adscendisset, Deo victimas expræ-  
scripto pontificis immolauit: ac Danielis libro  
viro, quo scriptum est, regnum Persicum à  
Gizzo cuerendum esse, lætatus: omnibus

Iude-

504 COLLATION. SACRAR.

Iudeorum postulatis annuit.  
Paul. Orof.li.7.ca.59. Quomodo Barbari Ro-  
man inuidentes, eamq; depraedantes facis Eccle-  
sis, omnibusque Christianis ad eas confugientibus  
reuerenter pepercerint, & sacra Ecclesia rafae-  
facta & inuolata, solemnis defensione publit ab  
Ecclesiam cum hymnis deportari curarent.

C A P. III.

QVAM reuerentiam Paganus Rex Alo-  
xander Iudeorum pontifici, quamq; be-  
nignitatem Iudeis exhibuit, candeni Barbaros  
Gothos sacris Ecclesijs carumque vasis, &  
Christianis exhibuisse, scribit Orosius. Adhuc  
inquit Alaricus, trepidam Romanam obsider,  
turbat, irrumpt, Dato tamen praecepto prius,  
vt si qui in sancta loca præcipueque in san-  
ctorum Apostolorum Petri & Pauli basilicas  
confugissent, hos in primis inuolatos secu-  
rosque esse finerent. Tum deinde in quaatum  
possent prædeq; inbiantes à sanguine tempera-  
rent. Accidit quoque quo magis illa vobis in-  
ruptio indignatione Dei acta, quam hostis  
fortitudine probaretur, vt B. Innocentius Ro-  
manæ Ecclesiæ Episcopus, tanquam iustus  
Loth subtractus à Sodomis, occultaprouiden-  
tia Dei apud Rauennam tunc positus, pecca-  
toris populi non videret excidium, Discurre-  
tibus itaque per urbem Barbaris, forte vnuus  
Gothorum, idemque potens, & Christianus  
sacram Deo virginem iam ætate prouectam,

in quadam Ecclesiastica domo reperit: cum  
quab ea aurum argentumque honeste expo-  
sset, illa fidelis constantia esse apud se pluri-  
mum & mox proferendum spondit, ac  
pronuit: Dumque expositis opibus attonitum  
Barbarum magnitudine & potestate ac pulchri-  
tudine, ignota etiam vasorum qualitate, vide-  
ret, virgo ad Barbarum ait: Hæc Petri Apost.  
ministeria sunt. Præsume, si audes, de facto tu-  
videris: Ego, quia descendere nequeo, cotende-  
re non audeo. Barbarus vero ad reverentiā re-  
ligionis, timore Dei & fide virginis motus, ad  
Alaricū per nunciū retulit, qui cotinuo repor-  
taria ad Apostoli basilicā, vniuersa, ut erant ya-  
sa, imperauit: virginē etiam simulq; oēs qui se  
adiungerent Christianos, eodem cū defensio-  
ne deduci. Ea domus à sanctis sedibus lōgo, vt  
ferant, medio interiectu urbis abierat. Itaque  
magnō spectaculo omnīū disposita per singu-  
los singula & super capita elata palā aurea atq;  
argentea vasa portantur exeritis vndiq; ad de-  
fensionem gladiis pia pōpa munitur. Hymnus  
Deo Romanis Barbarisq; concinnentibus pu-  
blicē canitur. Personat latē in excidio urbis sa-  
lutis tuba, oēsq; etiam in abditis latētis inuitat  
ac pulsat. Concurrit vndiq; ad vasa Petri, vasa  
Christi, plurimi etiā pagani Christianis p̄fes-  
sione si nō fide admiscētur, & per hoc tamē ad-  
tempus, quod magis confundātur, euadunt. Quā-  
to copiosius aggregātur Romani confugiētes,  
tanto



506 COLLATION. SACRARI  
tantò audius circumfunduntur Barbari &  
fensores. O sacra & ineffabilis diuini iudicis  
discretio. O sanctum istud & salutare flumen,  
quod per arua exortum , dum beato alueus  
sanctorū sedes tendit, oberrātes pericitātēs  
animas in salutis sinū pia rapacitate penitentia.  
O præclara illa, Christianæ militiæ tuba, qui  
generaliter cunctos dulcissimo ad vitam me-  
dulamine inuitans, quos ad salutem inobedientes  
non suscitauit, inexcusabiles reliqui a  
mortem. Mysterium hoc quod in transfor-  
mis vasis, dicendis hymnis, ducendis populis  
fuit, tanquam magnum cribrum fuisse ante  
tror, per quod ex congregatione Pop. Romani  
tanquam ex magna massa frumenti, per  
omnia ex vniuerso ambitu ciuitatis latebo-  
rum foramina effluxere grana via, siue occa-  
sione, siue veritate commota, omnia tamen de  
præsente salute credentia, ex horro domini-  
ca preparationis accepta sunt. Reliqua vero  
sicut stercore, & velut paleæ, ipsa vel incen-  
dilatate vel inobedientia præjudicata, ader-  
terminium atque incendium remanentes.  
Quis hæc perpendere plenis miraculis, quis  
prædicare dignis laudibus queat? Tertia die  
Barbari, quam ingressi urbem fuerant, spon-  
te discedunt, facto quidem aliquarum zedium  
incendio , sed ne tanto quidem , quantum  
septingentesimo conditionis eius anno calu-  
efficerat. Nam si exhibitam Neronis Immo-

CRAR.  
Barbari &  
quini iudic  
are flumen  
ato alueor  
ericitatę  
te penico  
e tuba, qua  
vitam me  
m inobed  
s relinqut  
transferen  
dis populi  
fuille arbo  
op. Rom  
meati, po  
tis latebr  
a, suocca  
ia tamen de  
co dominio  
cliqua ver  
a vel ince  
cata, adeo  
manerant,  
eulis, quis  
Tertia die  
rast, spon  
um xodium  
quarecum  
anno catus  
nis Impe  
ratoris

LIBER V. 507  
mortis sui spectaculis inflammationem re  
anseam, procul dubio nulla comparatione  
exhibetur secundum id, quod excitauerat la  
stitia principis; hoc quod nunc intulit ira vi  
ctoris. Neque vero Gallorum meminisse in  
huiusmodi collatione debeo, qui continuo  
peccati anni spatio incensae cuerfaque vrbis at  
tritos cineres possederunt. Et ne quisquam for  
te dubitaret, ad correptionem superbæ, lascivi  
æ, & blasphemæ ciuitatis hostibus fuisse per  
missum, eodem tempore clarissima vrbis loca  
summinibus diruta sunt, que inflammari ab ho  
stibus nequiuerunt.

Plautius de viris. Illustrib. & Alexand. lib. 2. cap. 14.  
Genilium sacerdotum privilegia violantes diuini  
tus puniuntur.

CAP: IIII.

De Otium Herculis sacerdotes, qui ex clarissi  
ma familia ad ea sacra vocati, extis solem  
nibus sustentabantur, multis post tempestati  
bus antisites templi sacris & cæremonijs præ  
facie, donec subiata Potitia gente, seruis pub  
licis data sunt. Appius enim Claudius censor  
cum esset, sublata Potitorum gente, seruis  
quos docuerat sacra delegauit: quapropter lu  
migibus captus est.

Iosephus Zonaras tom. I. Annalium, ex cap. 16. Nu  
meror. De horrendo interitu Core & sociorum  
eius, Mose & Aaroni, sacerdotibus à Deo ordina  
tis, ubi bellantibus.

Y CYP.

Israëlitis in deserto exsulantibus, & nec dum  
terra diuinitus illis promissam ingredi,  
orra est populi sedatio huiusmodi ex causis  
maxime conspicuus auræ popularis captandæ  
in signis artifex, inuidet Moysè, & contumaciam  
vociferatur, ut tyranum. Nam qua, inquit,  
ratione Aaroni, eiusque filijs sacerdotium at-  
tribuit: si ob tribum Leuiticam, ego sum illo  
honore dignior: quippe & genere illi par, & o-  
pibus ac ætate superior. Sin alteri tribui debe-  
tur id munus, Rubenia ob ætatis prærogativæ  
præmias feret ac Dathan & Abyron illo pontem  
tutur. Hæc malitiosè dicebat ille, cum & vices  
principes CCL instructos haberet, & plebs co-  
citata esset. At Moyses in medio progesus  
Ego, inquit, Cora & te, & eorum, qui a te sunt  
quemlibet honore dignos iudico. Verū Deus  
Aaroni sacerdotium assignauit, idemq; nonne  
denuò declarabit, à quo sacra sibi velit fieri  
mane igitur, qui de sacerdotio contendens,  
prodite, thuribulo quisq; domo secum allat,  
& igne, suffituque: Vnde vobiscum etiam Aa-  
ron prodeat. Tum vobis in populi conspicu-  
odamenta incendentibus, cuius victimam  
suauiorem iudicarit Deus, is vobis Ponni-  
erit. Collaudat hæc populus, postridie in con-  
cionem frequenter conuenient. Moyses Abi-

rohem & Dathanem accersi iubet. Non pat-  
iat illi, minas insuper contra Mosen adjici-  
tes. Tum ille primoribus se sequi iussis, ad ta-  
bernaculum illorum abiit. Propè quod cùm ve-  
niasset, manibus in cælum sublati, magna vo-  
ce exclamat: Quoniam, Domine, doli mali su-  
spectus habeor, tu ipse venito iudex ac demō-  
stra, nihil fortuitò geri, sed tua prouidentia gu-  
bernari omnia: quod si tuo iussu pōtificatum  
Aaroni dedi, tellus, cui Dathan & Abyron  
cum sua progenie insistunt, dehiscat: si vera  
sunt, quæ cōtra me dicūt, quæ eis sum impre-  
cauit, ea in caput meum redundant. Hæc vbi  
lachrymans dixisset, tellus vehementer cōcus-  
ta, cum ingenti fragore iuxta illorum taberna-  
culum dehiscens, cū & ipsos & eorum omnia  
deglutisset, iterum expletus est hiatus. His fa-  
ctis, populus stupet. Moses eos, qui sacerdotiū  
sibi vendicabant, vocat. Conueniunt viri illu-  
stres CCL. Aaron & Cora ante tabernaculum,  
cum aceris suis ea quæ ipsi attulerant, suffi-  
cient. Tum ingens flamma emicat, qualis vi-  
deliciet ibente Deo incendatur, qua illi CCL  
vñā cum Cora ita conflagrāunt, vt nec cada-  
vera eorum reperirentur. Solus Aaron incolu-  
mis sinuensur. Moses thuribula illorum viro-  
rum circa æneam aram reponi iubet, in rea-  
geñz monumentum ad posteros. Ac denuò  
habita concione edicit tribunis, vt nomina tri-  
buum baculis inscripta afferant. Nam illius



510 COLLATION. SACRARI  
fore sacerdotium, in cuius baculo signum ed-  
disset Deus. Afferunt igitur tum alijs suos dia-  
culos, tum Aaron quoque suum, Leuita inscri-  
pto. Eos in tabernaculo Dei reposuit Moses  
prostridiè protulit: ac ceteri quidē, quales fuc-  
rant, tales manserant: Aaronis autem & ramas  
& fructus germinarat, quos fructus Leuīni  
liber, nuces: Iosephus amygdalas fuisse dicit.  
Obstupuerunt igitur omnes, Aarone ter diu-  
nitus electo.

Ex libro Exodi, Marcus Marulus libr. 3. cap. 5. con-  
radus Lycothenes lib. 12. Theatri. De sacerdotiis  
consecratione & sacerdotiis honorandis.

C A P. V I.

**S**i quis vestes & ornamēta Aaron pontificis  
& filiorum eius sacerdotum in Exodo con-  
sideret, inueniret in eis creaturarum omnium  
riam pertinet, quātum verò ad tropologicum  
fensem, virtutum cunctarum imaginem, &  
anagogēi contemplari voluerit, figuram  
Christi. In fronte nomen Dei ineffabile le-  
ptū in auro rutilat, quia caput Christi Deus est  
& caput Ecclesiæ Christus. Oleo sanctificato  
nis consecrantur, (Exod. 18.) vt eundem signifi-  
cent, de quo & prædictum est. (Psal. 44) Vnde  
Deus, Deus tuus, oleo lætitiae, præ confor-  
mibus tuis. Et tanta pontifici & sacerdotibus Dei  
tribuuntur, vt mundum totum, virtutesque  
omnes contineant, & simul mundi virtutem  
domini

domini  
tecnici  
dos arb.  
zon om  
liponti  
lis facer  
panes 1  
suppli  
hil in fa  
non ca  
Ex lib. 1  
manni  
perme  
Israe  
et, re  
abiet  
C V  
tius pr  
Abi, in  
tant fili  
pol au  
ueroru  
maiori  
Ramat  
lijui n  
girurn  
uerse 1  
in ouc

LIBER V.

518

dominum nobis exhibeant: quis non eos antequatos mortales, qui in terra sunt, ponendos arbitretur? quis vel sola officij autoritate non omnibus magis reverendos existimet? soli pontifici sancta sanctorum ingredi licet: solis sacerdotibus in altari Deo ministrare: solis panes propositionis sumere, & pro populo supplicare. Cedat omnis terrena potestas, nihil in sacerdotis potestate conspicimus, quod non celo dignum sit.

Ex lib. 1. Regum cap. 8. De filiis Samuelis, declinatis post avaritiam, accipientibus munera, & perueritatis iudicium, quos cum maiores populi Israëlitici dedignerentur amplius sustinere iudicet, respondit Dominus, non illos, sed se à populo abiectam esse.

CAP. VII.

VM senuisset Samuel, posuit filios suos iudices super Israël. Fuitq; nomen filij eius primogeniti, Ioël: & nomen secundi, Abia, iudicum in Bersabee. Et nō ambulauerunt filii illius in vijs eius: sed declinauerunt post avaritiam, acceperuntq; munera, & pertenererunt iudicium. Cōgregati ergo vniuersi maiores natu Israel, venerūt ad Samuelem in Ramatha, dixeruntq; ei: Ecce tu senuisti, & filii tui non ambulant in vijs tuis: constitue igitur nobis Regem, ut iudicet nos, sicut & vniuersae habent nationes. Displicuitque sermo in oculis Samuelis, cō quod dixissent: Da no-

. Y 3

bis

312 COLLATION. SACRABIS Regem, ut iudicet nos. Et orauit Samuel ad Dominum. Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem populi in omnibus qua loquuntur tibi. Non enim abiecerunt te, sed me ne regnum super eos. Ecce per magistratus legitimè constitutos, præcipue vero illos, qui spiritualibus gubernaculis ordinaria vocatione præsident, Dominus Deus scipsum regnat profiterur, qui etiā in manifesta criminis prolabatur, ut filii Samuelis, ex haec tamen historia elucescit, grauiissime Deum offendere illos, qui hac occasione res nouas moluntur. In quibus quantò malis progrediuntur, tanto grauior sunt, multoque maiora, quam illorum qui reiciunt, repudiatione se declinatores spernerunt. Filii Samuelis auaritiam sectantes, peruerendo iudicium accipiebant munera, ab iaciunt illos subditi, & postulant sibi reges. Quid vero sub rege erant passuri: Hoc enim, quod Samuel, ius regis, qui imperaturus est vobis: filios vestros tolleret, & ponet in cumulo suis, facietque sibi equites & praecursores quod dirigarum suarum, &c. Filias quoque veteras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panecas. Agros quoque vestros, & vineas, & olivetas vestras & vinearum redditus ad decimali, ut det eunuchis & famulis suis. Seruos etiam vestros, & ancillas, & iuuenes optimos, &c.

tos auferet, & ponet in opere suo. Greges quo  
ne vestros addecimabit, & vos eritis ei serui.  
In quem locum D. Greg. Magnus (*lib. 4. expos.*  
*in 1. Reg. cap. 4.*) Cum, inquit, sacerdotes ma-  
leviunt, a laicis iudicandi non sunt. Dignè  
indignorem recipiunt Israélitæ, qui indignū  
indigne ejcere præsumperunt. Nam de filijs  
Samuelis dicitur: Acceperunt munera, & per-  
uerterunt iudicia. De eo autem rege, quem si-  
lij Israel petunt, terribiles valde minē profe-  
nuntur, quia dicitur: Agros vestros tollet &  
oliueta, & dabit seruis suis. Et quis sapiens nō  
attendant, quia nequius sit, publica violentia  
agios & vineas tollere, quāmyt acciperent mu-  
nera, prætextu veritatis iudicium permutare?  
Hæc culpa, quadam verecundia tegitur, podo-  
rum obumbratur. Culpa vero illa tantò nequior  
ceminatur, quantò manifestius atq; atrocius per-  
petratur. Hæc ibi D. Gregor. Sed insuper hoc  
quoque à regia dignitate actum est, vt *cap. 1.*  
*libri 4. expositionis in 1. Reg.* obseruauit idem  
Gregor, vt populus, qui malos Samuelis filios  
adiciendo, Deum ipsum obliquè abiecerat,  
postea pessimo exemplo & præcepto regum  
manifeste à Deo apostataret, idola coleret &  
simulacra adoraret. Omnia quidem hæc iuxta  
egregij doctoris voce in, in figura contingebat  
illis, scripta sunt autem propter nos (*1. Cor. 10.*)  
Iam quidem aperte cognoscimus, inquit ibi-  
dem D. Gregor horum Israélitarum auda-

314 COLLATION. SACRAR.  
ciam, quæ diuinæ indignationis iudicia secuta  
sint, & tamen contra voluntatem Dei, contra  
prælatorum sanctæ Ecclesiæ consilium, agenda  
proponere non timemus. In malo quoq; pro-  
posito reprehensi resistemus, & salubria ma-  
iorum consilia, insuperabili malo pernicie  
vincere conamur. Videmus quanti mali incre-  
mentum sit pereentes adspicere, & sequi ad  
perditionem, corum vestigia non timere po-  
nales laqueos mortis incurrentes cernere, &  
iisdem laqueis irretiri nequaquam metuere.  
Hæc ille. Notum est quid florentissimo Greci-  
orum regno acciderit, qui cum Romane ecclesie  
obedientiam præstare detinarent, eis  
iam tot annis, plusquam Barbarica servitudo  
iugum sub immanissimo Turca sustinuit. Sed  
quid opus, longè ut factorum exempla peral-  
lunt leue iugum Catholicæ & Apostolicæ Ec-  
clesiæ, profugaerunt sacerdotes, vastrarunt  
& Catholicæ religionis professores, famili-  
cam & rapacissimam perditissimorum homi-  
num colluiem recipientes, nec hoc contenti  
ut mala sua grauioribus malis accumulate,  
spreto & abiecto rege suo longè optimo & de-  
mentissimo. Deumque religiosissime coleant  
stolido tanarum Aesopicarum exemplis no-  
rnam, sed plures sibi accessuerunt cionitas  
quibus longè grauius affliguntur, quam se

A.R.  
iafecuta  
ci, contra  
n, agenda  
uoq; pro-  
bria ma-  
eruicite  
nali in gen-  
sequi ad  
mere: pa-  
enerit, &  
meuere  
no Greco-  
ang eccl  
arent, eorū  
e seruuntur  
dilinet. Sec  
apla petan-  
is excus-  
stolica. E-  
rastarit. Eo-  
cerlos sun-  
es, famili-  
rum homi-  
c content,  
unulare,  
timō & ec-  
mē colent,  
templo, no-  
ticonias  
, quam Si-  
mū

LIBER V.

515

muel suos Israëlitas affligendos spiritu pro-  
phetico prædixit. O cœcitatem, non uno la-  
thymarum fonte plangendam.

Ex lib. 1. Reg. Marcus Marulus libr. 3. cap. 5. & citat  
Cor. Lycoſt henes Saul & Doeg sacerdoles Nobe  
interficiens, (alijs ministris id scelus detrectan-  
tibus,) seipſos poſteā interemerunt.

C. A. VIII.

E Missari; Saulis, regis iussi interim erat sacer-  
dotes Nobe, (1. Reg. 12.) eò quod Dauidem  
(quem ipse rex persequebatur) suscepſſent,  
non sunt ausi manum eis inferre. Aderat rex,  
in facinus vrgebat: cunctantibus iratus mina-  
batur. At illi immoti fixiq; steterūt, adeò ipſi-  
met occidi, si lors ita fieret, quām occidere  
Dei ministros malebant. Serui denique morte  
contempta, prætulerunt furentis domini iuf-  
fioni reueretiam sacerdotum: Doeg verò Idu-  
meus, cui nulla religio, nullus Dei metus e-  
rat, nec sacerdotum quidem eius cruore ma-  
nus suas foedare timuit, nec distulit piōs co-  
tam impio rege iugulare, vt illi morem gere-  
ret. Doeg interpretatur mortuus, ne nefrias  
morte aeterna damnandum esse, quisquis tam  
excellens ordinis viris iniuriam interrogare  
non perhorceret. Ac ne tam immane flagiti-  
um, vel Sauli, vel ipſi Doeg impunè celiſſe  
exstimes, ambo simul, cùm in Gelboe Phili-  
stinos fuderet, iusto Dei iudicio propriis mu-  
tationibus incubuerunt, semet interficiens,

Y 5 qui



516 COLLATION. SACRARI  
qui sacerdotes interfecerant. Hac Marulus.  
*Ex lib. 3. Reg. cap. 12. 13. 14. Ierooboam amoto antiquo*  
*& vero Dei cultu, constituit sacerdotes de extre-  
mis populi, reprobenditur a viro Dei, contra quin-  
cum extenderet manum, mox arefacta est, prante-  
que viro Dei, restituitur manus prijmo vigi-*

C A P. IX.

**C**VM populus defecisset a rege Roboam  
ad Ierooboam, atque hic meueret, ne re-  
uerteretur regnum ad domum Dauid, auctio-  
tra se: Si adscenderit populus iste, vt faciat fa-  
cacia in domo Domini in Ierusalem, & co-  
mertetur cor populi huius ad Dominum suum  
Roboam, regem Iuda, interficiatque me, &  
reuertentur ad eum. Et excogitato consilio, se-  
cit duos vitulos aureos, & dixit eis: Nolite vi-  
tra adscendere Ierusalem: Ecce dii tui illarum  
qui te eduxerunt de terra Aegypti. Et factum  
est verbum hoc in peccatum. Et fecit phanaea  
excelsis, & sacerdotes de extremis populi qui  
non erant de filiis Leui. Constituitque diu-  
mensis, in similitudinem solemitatis, que co-  
lebrabatur in Iuda. Et adscendens, altare finaliter  
fecit in Bethel, vt immolaret vitulis quos  
fabricatus fuerat: Constituitque in Bethel sacre-  
dotes excelsorum quae fecerat: Et adscendens  
super altare quod exstruxerat in Bethel, quin-  
adecima die mensis octaui, quem finxerat de  
corde suo, & fecit solemnitatem filiis Israel, &  
adscendens

## LIBER V.

517

ascendit super altare, vt adoleret incensum.  
Ecce vir Dei venit de Iuda in sermone Do-  
mini in Bethel, Ieroboam stante super altare,  
& thusiaciente. Et exclamauit cōtra altare in  
sermone Domini, & ait: Altare, altare, hæc di-  
cit Dominus: Ecce filius nasceretur domui Da-  
uid, losias nomine, & immolabit super te sa-  
cerdotes excelsorum, qui nunc in te thura suc-  
cendent, & ossa h̄ominum super te incendet.  
Dedique in illa die signum, dicens: Hoc erit  
signum, quod locutus est Dominus: Ecce al-  
tare seindetur, & effundetur cinis, qui in eo est.  
Cumque audisset rex sermonē hominis Dei,  
quē inclamauerat cōtra altare in Bethel, ex-  
tendit manū suā de altari, dicens: Appre-  
hendite eum, & exaruit manū eius quam ex-  
tenderat cōtra eum: nec valuit retrahere ad se.  
Altare quoque scissum est, & effusus est cinis  
de altari, iuxta signum quod prædixerat vir  
Dei in sermone Domini. Et ait rex ad virum  
Dei: Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora  
pro me, vt restituatur manus mea mihi. Ora-  
vito vir Dei faciem Domini, & reuersa est ma-  
nus regis ad eū, & facta est sicut prius fuerat.  
Postea cum Abia filius Ieroboā ægrotaret, (3.  
Reg 14.) mitteretque vxorem suam ad Abiam  
Prophetā, vt consuleret eum super filio suo,  
Ieroboam, qui respondit Prophetā: Ego missus sum ad te du-  
nas nuncius, quia hæc dicit Dominus: Ecce e-  
go inducā mala super domū Ieroboam, & per-  
cutiam

518 COLLATION. SACRARI  
cutiam de Ieroboam mingentem ad panem.  
Qui mortui fuerint de Ieroboam in civitate,  
comedent eos canes: qui autem mortui fu-  
runt in agro, vorabunt eos aues cali, &c. Ecce  
haec fuit merces abolentis verum Dei cultum,  
& maiorum suorum religionem, remouens  
legitimos Dei Sacerdotes, & alios de extremis  
populi constituentis, adscendentis super alta-  
tē, ut adoleret incensum.

*Ex 3.lib. Reg. cap. 19. & 4. Reg. cap. 9. De fune  
interitu impia Regine Iezabel, que occidi Pro-  
phetas Domini, & Eliē mortem erat interminata.*

C A P. X.

Impia Iezabel cūm occidisset Prophetas Do-  
mini, atq; insuper Eliē mortem minaretur,  
timens sibi Elias, abiit quocunque scribat vo-  
luntas, tandemque petens animā sua vi mo-  
raretur, ait: Sufficit mihi Domine, tolle animā  
meā: neq; enim melior sum quam patres mei.  
Zelo Relatus sum pro Domino Deo exercitu-  
um, quia dereliquerunt pactum Domini fe-  
lij Israel: altaria tua destruxerunt: & Proph-  
etas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum  
ego solus, & querunt animam meā, ut auferat  
eam. Non reliquit multam Deus hanc in Isra-  
elos & Prophetas suos crudelitatem. Enimmo-  
rō cū rex Iehu veniret in Israel, impia Iezabel  
depinxit oculos suos fibio, & ornauit caput  
suū, & respexit per fenestrā ingredientē Iehu  
per portam. Leuauitque Iehu faciem suam ad

scac-

senestram, & ait: Quæ est ista? Et inclinauerunt se ad eum duo vel tres eunuchi, & dixerunt: Hæc est illa Iezabel. At ille dixit: Præcipitate eam deorsum. Et præcipitauerunt eam: id persusque est sanguine paries, & equorum vngulae conculauerunt eam. Cumque introgressus esset, ut comediceret, biberetque, ait: Ite, & videte maledictam illam, & sepelite eam: quia filia regis est. Cumq; issent ut sepelirent eam, non inuenierunt, nisi caluariam, & pedes, & summas manus. Reuersaque nunciauerunt ei, & ait Iehu: Sermo Domini est, quem locutus est per seruum suum Eliam Thesbiten, dicens: In agro Iezrahel comedent canes carnes Iezabel: & erunt carnes Iezabel sicut fæces super facie terræ in agro Iezrael, ita ut pateremus dicant: Hæc cine est illa Iezabel?

Ex 4. Reg. 12. cap 2. Paralip 26. De rege Ioas, qui thesauros templi temerè surripiens, à seruis suis interficitur. Item de Ozia rege, qui volens a dolore incensum manibusq; à sacerdotibus, non esse hoc sui munera, & contemnens, lepra percutitur.

## C A P. XI.

CVM Hazael, rex Syriæ, pugnaret contra Geth, eamq; cepisset: dirigeretq; faciem suam vt adscenderet in Ierusalem, tulit Ioas, rex Iuda, omnia sanctificata, quæ consecraverat Iosaphat, & Ioram & Ochozias, patres eius, reges Iuda, & quæ ipse obtulerat: & uniuersum argentum quod inueniri potuit in

Y 7

the-

520 COLLATION. SACRAR.  
thesauris templi Domini: misitq; Hazcl, regi  
Syriæ, vt recederet ab Ierusalem. Surrexunt  
autem serui eius, & coniurauerunt inter se,  
percusseruntque Ioas in Domo Mello, inde  
scensu Sella, & mortuus est.

Ozias quoque rex cum iam auxilio Domini  
roboratus esset, cleuatum est cor eius in in-  
teritum suum, & neglexit Dominum Deum  
suum: ingressusque templum Domini, adole-  
re voluit incensum super altare thymiamati-  
cis. Statimque ingressus post eum Azarias sa-  
cerdos, & cum eo sacerdotes Domini octoginta  
viri fortissimi, restiterunt regi, atq; diversus  
Non est tui officij Ozia, vt adolcas incensum  
Domino: sed sacerdotū, hoc est filiorum A-  
ron, qui consecrati sunt ad huiusmodi minis-  
terium: Egressere de sanctuario, ne contem-  
pseris: quia non reputabitur tibi in gloriam  
hoc à Domino Deo. Iratusque Ozias, & tendit  
in manu thuribulum, vt adoleret incensum,  
minabatur sacerdotibus; Statimq; orta est le-  
pra in fronte eius, coram sacerdotibus, in de-  
mo Domini, super altare thymiamatis. Cumq;  
respexisset eum Azarias Pontifex, & omnes se-  
liqui sacerdotes: viderunt lepram in fronte  
eius, & festinatè expulerunt eum: sed & ipse  
perterritus accelerauit egredi, cō quod illico  
sensisset plagam Domini. Fuit igitur Ozias re-  
leprosus usque ad diem mortis suæ, & habita-  
uit in domo separata, plenus lepra, ob quam

RAR.  
azeli, regi  
urrexerant  
at inter le-  
lo, inde

## LIBER V

5.21

testus fuerat de domo Domini.

Danielis 1. 4. & 5. cap. De pena Nabuchodonosoris  
regis, qui abstulit vas domus Dei, & funesto ca-  
sa Balibasaris regis, qui sacrif. vasis cum uxoribus  
& concubinis suis temulentus abutebatur.

## CAP. XII.

R Ex Babylonis Nabuchodonosor cum ex-  
pugnasset Hierusalem, abstulit partem  
vasorum domus Dei, & aportauit ea in do-  
mum Dei sui, qui postea ex hominibus abie-  
tus est, & foenum ut bos comedit, & rore ce-  
li corpus eius infectum est, donec capilli eius  
in similitudinem aquilarum crescerent, & vu-  
gues eius quasi avium. Qui postea sibi regno-  
que suo restitutus, agnouit potentiam & iu-  
sticiam Dei, qui gradientes in superbia, pos-  
se humiliare. Porro prænepos eius Baltassar,  
immemor huius vindictæ proaui sui, cum  
grande conuiuum optimatibus suis apparaf-  
fer, præcepit iam temulentus, ut afferrentur  
vasa aurea & argentea quæ absportauerat Na-  
buchodonosor: Non quidem genitor, sed pro-  
anus eius pater eius de templo quod fuit in Ie-  
rusalem: ut biberent in eis Rex & optimates,  
& uxores eius, & concubinae. In eadem autem  
hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis  
secentis contra candelabrum in superficie  
panetis aulae regiae: & Rex adspiciebat articu-  
los manus scribentis. Et immutata est facies  
Regis, & cogitationes eius conturbabant cum:

&amp;



522 COLLATION. SACRARI  
& compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. Sed & optimates eius conturbabantur. Tandem Daniel introductus coram Rege, cōmemorauit illi superbiam Nabuchodonosoris patris sui, & quomodo Deus cum humiliasset. Tu quoque, inquit, filius eius Baltassar, non humiliasti cor tuum, cūm scires hæc omnia. Sed & uersum Dominatorem cæli eleuatus es, & via domus eius allata fuit coram te: & tu, & optimates tui, & vxores tuæ, & concubinae tuæ vinum bibistis in eis: Deos quoque a genteos, & aureos, & eteros, ferreos, ligneosq; & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neq; sentiunt, laudasti: Porro Deum, qui habet flatū tuum in manu sua, & omnes vias tuas, nō glorificasti. Idcirco ab eo missus est angelus manus qui scripsit hoc, quod exaratum est. Hæc est autē scripture, quæ digesta est: Mane, Thecel, Phares. Et hæc est interpretatio sermonis: Mane, Numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud: Thecel, Appellus es in statu, & inuentus es minus habens. Phares, Datus es regnum tuum, & datum es Medis & Persis. Tunc iubete Rege induitus est Daniel purpura, & circuata & torques aurea collo eius: & predictum est de eo, quod haberet potestatem tertius in regno. Eadem nocte interfectus est Baltassar, rex Chaldaeus. Et Darius Medus successit in regnum, annos natus sexaginta duos.

Ilibr. I. Machabaeorum cap. 1. 2. & 6. Rex Antiochus ob prophanatum & spoliatum templum Hierosolymitanum, varijs malis ac doloribus afflictus miserrima morte interit, & representat quandam imaginem nostrorum infelicium temporum.

CAP. XIII.

**A**ntiochus, postquam percussit Aegyptum, adscendit Hierosolymam. Et intravit in sanctuarium cum superbia: & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuersa vasa eius, & mensam propositionis: & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentum aureum quod in facie templi erat: & comminuit omnia. Et accepit aurum & argentum, & vasa concupiscentia: & accepit thesauros occultos, quos inuenit: & sublati omnibus, abiit in terram suam, &c. Et post duos annos dierum misit rex principem tributorum in ciuitates Iuda. Et locutus est ad eos verba pacifica in deo: & crediderunt ei. Et irruit super ciuitatem repente, & percussit eam plaga magna. Et accepit spolia ciuitatis. Et posuerunt illic gentem peccatricem viros iniquos, & convaluerunt in ea. Et posuerunt arma, & escas, & congregaverunt spolia Ierusalem, & reposuerunt illas: & facti sunt in laquem umagnum. Et factum est hoc ad insidias sanctificationi, & in diabolum malum in Israel: Et effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis.

524 COLLATION SACRAE  
tionis, & contaminauerunt sanctificationem.  
Et fugerunt habitatores Ierusalem proper-  
cos, & facta est habitatio exterorum, & facta  
est extera semini suo, & nati eius reliquerunt  
ea. Sanctificatio eius desolata est, sicut solita-  
do, dies festi eius conuersi sunt in luctum, sibi  
batha eius in opprobrium, honores eius in tu-  
hilum. Secundum gloriam eius multiplicata  
est ignominia eius: & sublimitas eius conuicta  
est in luctum. Et scriptis Rex Antiochus omni-  
regno suo, ut esset omnis populus, unus & re-  
linqueret unusquisque legem suam, & conser-  
verunt omnes gentes secundum verbum regis  
Antiochi. Et multi ex Israel consenserunt  
& sacrificauerunt idolis, & coinquinaverunt  
sabbathum. Et misit rex Antiochus liberos per  
manus nunciorum in Ierusalem, & in omniis  
ciuitates Iudee, ut sequerentur leges gentium  
terræ. Et prohiberent holocausta & sacrificia,  
& placationis fieri in templo Dei, & prohibe-  
ret celebrari sabbathum & dies solemnies Eritis  
sit coinquinari sancta, & sanctu populum Iude-  
ael. Et iussit relinquere filios suos incircu-  
citos & coinquinari animas eorum in omni-  
bus immunditijs, & abominationibus, ita ut  
obliuiscerentur legem, & immutarent omnes  
iustificationes Dei. Et quicunq; non fecissent  
secundum verbum regis Antiochi, moretur.  
Secundum omnia verba haec scripti omni-  
regno suo, & præposuit principes populo, qui

huc fieri cogerent. Et quicunq; obseruabat legem Domini, secundum edictum regis trucidabant eū. Et mulieres, que circumcidebant filios hos, trucidabātur. Et multi de populo Israel definiuerunt apud se, vt non manducarent immunda: & elegerunt magis mori, quam cibis coquinari immundis: & auerunt infringe te legem Dei sanctam, & trucidati sunt. Porro Mathathias, cum sollicitaretur vt faceret iussum regis, promittereturque illi amicitia regis, aurique & argenti munere multa, respondit magna voce: Etsi omnes regi Antiocho obedirent, vt discedant vnuſquisque à seruitute Legis patrum suorum, & consentiant mandatis eius; ego & filii mei, & fratres mei obediemus Legi patrum nostrorum. Proprius sit nobis D E V S: non est nobis vtile, relinquere Legem, & iustitias Dei. Non audiemus verba regis Antiochi, nec sacrificabimus transgredientes Legis nostrae mandata, vt eamus altera via. Omnis qui zelū habet Legis, statuens testamentū, exeat post me. Et fugit ipse, & filii eius in montes, & reliquerunt quæcūq; habebant in ciuitate. Tūc descēderunt multi, querentes iudicium & iustitiam, in desertum: & sederūt ibi ipsi, & filii eius & mulieres eorum, & pecora eorū: quoniam inundauerunt super eos mala. Congregati deinde sunt ad Mathathiā omnes voluntarij in Lege: & omnes qui fugiebant à misericordiā sunt adeos, & facti sunt illis ad firmamen-

526 COLLATION. SACRAMENTUM. Et collegerunt exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua, & viros iniquos in indignatione sua: & cæteri fugerunt ad nationes, ut euaderent. Et circumui Mathathias & amici eius, & destruxerunt aras: & circumcididerunt pueros in circuncisios, quoquoniam uenerunt in filiis Israel in fortitudine. Et persecuti sunt filios superbie: & prosperum opus in manibus eorum: Et obtinuerunt Legem de manibus gentium, & de manibus regum, & non dederunt cornu peccatori. Et appropinquauerunt dies Mathathiae moriendi, & dixi filiis suis: Nunc confortata est superbia, & castigatio, & tempus euersionis, & ira indignationis. Nunc ergo, ô filij, æmulatores estote Legis, & date animas vestras pro testamento patrum vestrorum. Et memento operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis: & accipietis gloriam magnam, & nomen aeternum. Abraham nonne in tentatione inventus est fidelis, & reputatum est ei ad insitiantilem sep in tempore angustiae suæ custodiuimus datum: & factus est dominus Aegypti. Phinees pater noster zelando zelum Dei, accepit testamentum sacerdotij æterni. Iesus dum impleuit verbū, factus est dux in Israel. Caleb dum testificatur in Ecclesia, accepit hereditatem. David in sua misericordia consecutus est sedem regni in sæcula. Elias dum zelat zelum Legis, receptus est in cælum. Annanias, & Azarias,

## LIBER V.

527

R.A.R.  
& percul-  
os iniquos  
unt ad na-  
Mathathias  
& cin-  
or quoniam  
udine. Is-  
speratus est  
ant Legio-  
s regum &  
appropri-  
di, & dixi  
rbia, & ca-  
a indig-  
ctio Lo-  
mento pa-  
perum pa-  
bus suis. &  
men atter-  
e inuenit  
litiam lo-  
diuit mā-  
ypti. Phi-  
ei, accep-  
VS dom-  
rael. Caleb  
hæredita-  
secutus e-  
lat zelum  
nias, & A-  
zarias,

Elias, & Misael, credentes liberati sunt de somma. Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum. Et ita cogitate per generationem & generationē: quia omnes, qui spēnit in eum, non infirmantur. Et à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius, sterus & vermis est. Hodie extollitur, & cras non inuenientur: quia conuersus est in terram sum, & cogitatio eius periit. Porro, Antiochus ille sacerorum omnium prophanator ac drepator, cum de Iudeorum victoria & suorum strage cognouisset, (I. Macha. 6.) (vide obsecro, eti seram, seriam tamen Dei vindicis vitionem) expauit, & commotus est valde, & decidit in lectum, & incidit in languorem p̄stistitia, quia nō est factum ei sicut cogitabat. Erat illuc per dies multos: quia renouata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se mori. Evocauit omnes amicos suos, & dixit illis: Recessit somnus ab oculis meis, & concidi & cornu corde p̄st sollicitudine: Et dixi in corde meo: In quantam tribulationem deueni, & in quorū fluctus tristitiae, in qua nunc sum: qui iunctus eram, & dilectus in potestate mea? Nunc verò reminiscor malorum quā feci in Ierusalem, vnde & abstuli omnia spolia aurea & argentea, quā erant in ea, & misi auferre habitantes Iudeam, sine causa. Cognoui ergo, quia proprieā inuenierunt me mala ista: & ecce pēco tristitia magna in terra aliena. Quomodo

528 COLLATION. SACRARI  
modo antem & quam scda & horrendam morte perierit, plenius refertur lib. 2. Machabozor cap. 9. Cum enim elatus ira, arbitrabatur iuriam illorum qui se fugauerant, pollein Iudeos retorquere, iussit agitari currum suum, sine intermissione agens iter, caelesti cum iudeo perurgente, eò quod ita superbè locutus est se venturum Hierosolymam, & congenitum sepulchri Iudeorum eam facturum. Sed quando vniuersa conspicit Dominus Deus Israeli, percussit eum insanibili & inuisibili plaga. Vnde enim finiuit hunc sermonem, apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara intencio rum tormenta: Et quidem satis iuste, quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum tentatrices cesseret. Super hoc autem superbia repletus ignem spirans animo in Iudeos, & praeceps acceperat negotium, contigit illum in petu euntem de curru cadere, & graui corporis collisione membra vexari. Iisque, qui super humanum modum superbia repleta, montium altitudines in statera appendebatur, manifesta Dei virtutem in semetippe contestans: ita ut de corpore impij vermes exsuffrarent, ac viuentes in doloribus carnes crustas grauaretur. Et qui paulo antea sidera

contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat  
propter intolerantiam fœtoris portare. Hinc  
igitur cœpit ex graui superbia deductus, ad ag-  
monem sui venire, diuina ammonitus pla-  
gi, per momenta singula doloribus suis aug-  
mentata capientibus. Et cum nec ipse iam fœtorē  
hunc ferre posset, ita ait: Iustum est subditum  
eße Deo, & mortalem non paria Deo sentire.  
Orabat autem hic scelestus dominum, à quo  
non esset misericordiam consecuturus, & ci-  
uitatem, ad quam festinans veniebar, ut eam  
ad solum deduceret, ac sepulchrum coagosto-  
rum saceret, nunc optar liberam reddere: &  
Iudeos, quos nec sepultura quidem se dignos  
habicurum, sed aubus ac feris diripiendos tra-  
ducatur, & cum parvulis exterminaturum  
dixerat, æquales nunc Atheniensibus factu-  
rum pollicetur: templum etiam sanctū, quod  
pius expoliauerat, optimis donis ornatu-  
rum, & sancta vasa multiplicaturū, & pertinen-  
tes ad sacrificia sumptus de redditibus suis præ-  
staturum: Super hæc & Iudeum se futurum,  
& omnaem locum terræ perambulaturum, &  
predicaturum Dei potestatem. Sed non  
tessantibus doloribus (superuenerat enim in-  
eum iustum Dei iudicium) commendat fili-  
um suum Iudeis. Igitur homicida & blasphem-  
us pessimè percussus, & ut ipse alios tracta-  
uerat, peregrè in montibus, miserabiliter obitu  
vita functus est. Quod autem poenitentia  
ductus

330 COLLATION. SACRAR.  
ductus misericordiam non sit consecutus, ius rationem reddit Lyranus, (in cap. 9. lib. 1.  
*Mach.*) nempe pœnitentiam eius nō fuisse ve-  
ram: non enim fuit propter offendam Dic, sed  
tantum propter euasionem corporalis flagelli,  
li, eoque non fuit misericordiam consecuta,  
nec in culpæ, nec in pœna remissione.

*Ex lib. 1. Machabæorum cap. 9. Alcimus precipi-  
destrui muros domus sancti interioris, admirans  
plagare repente diuinitus percutitur.*

CAP. XIV.

**A**nno centesimo quinquagesima tertio,  
mensē secūdo, precepit Alcimus destrui  
muros domus sanctæ interioris, & destrui o-  
pera prophetarum: & cœpit destruere. In tem-  
pore illo percussus est Alcimus: & impedit  
sunt opera illius: & occulsum est os eius. &  
dissolutum est paralyssi, nec ultra potuit loqui  
verbum & mandare de domo sua. Et mortua  
est Alcimus in tempore illo cum tormento  
magno.

*Ex libr. 2. Machabæorum cap. 3. Heliodorus mil-  
ia rapiendos templi thesauros, sacerdotibus Deum  
invocantibus, diuinitus flagellatur, rufusque &  
summi sacerdotis precibus liberatur.*

CAP. XV

**C**VM sancta ciuitas habitaretur in omni  
pace, leges autem adhuc optimè culte-  
rentur propter Onie Pontificis dispositionem  
& pietatem, & animos odio habentes mala-

CRAR.  
secutus, ha  
cap. 9. lib. 2  
nō fuisse ve  
sam Driſſel  
oralis fugi  
consecuta  
ionc.  
nus precipiu  
is, administrat  
simia terro  
imus deſtrui  
& deſtrui  
uere lo tem  
& impedi  
ſt os cuius, &  
potuit loqu  
. Eemortua  
m tommen  
iodorus mif  
datibus Denu  
rufisque C  
atur.  
etur in omni  
imē cultori  
ſpoſitionem  
bentes mala  
ſic

L I B E R V . 931

ſibat vt & ipſi reges & principes locum sum  
no honore dignum dicerent, & templum  
maximis muneribus illustrarent, ita vt Seleu  
sus Asiq ſex de redditibus suis preſtaret om  
nes ſumptus ad ministerium ſacrificiorū perti  
nentes. Simon autem de tribu Benjamin, Pre  
poſitus templi conſtitutus, contendebat obſi  
tante ſibi principe ſacerdotum iniquum ali  
quid in ciuitate moliri. Sed cum vincere O  
niam non poſſet, venit ad Apollonium Thar  
ſea filium qui illo tempore erat dux Coelesy  
ria & Phoenicis, & nunciauit ei pecunijs in  
numerabilibus plenum eſſe ærarium leroſo  
lymīs, & communes copias immensas eſſe, quæ  
non pertinent ad rationem ſacrificiorum, eſſe  
autem poſſibile ſub potestate regis cadere  
vniuersi. Cumque retuliffet ad Regem Apol  
lonius de pecunijs, quæ delatae erant, ille acci  
tum Heliodorum, qui erat ſuper negotia eius,  
mihi cum mandatis, vt prædictam pecuniam  
transpottaret. Statimque Heliodorus iter eſt  
aggreffatus, ſpecie quidem quaſi per Coelesyriā  
& Phoenicem ciuitates eſſet peragraturus, re  
autem vera regis propositum perfecturus. Sed  
cum veniſſer leroſolymam, & benignè à sum  
mo ſacerdote in ciuitate eſſet exceptus, narra  
uit de dato indicio pecuniarum, & cuius rei  
gratia ad eſſet, aperuit. Interrogabat autem si ve  
ritatib[us] eſſent. Tūc ſummus ſacerdos oſten  
dit

332 COLLATION. SACRARI  
dit deposita hæc & vixualia viduarum, & pa-  
pillorum, quædam verò esse Hycani Tho-  
viri valde eminentis, in ijs qua deulcati me-  
pius Simon, vniuersa autem argenti talenta, c.  
quadrageinta, & auri ducenta: decipi vero  
qui credidissent loco & templo, quod per v-  
niuersum mundum honoratur, pro sui repre-  
tatione & sanctitate, omnino impossibile esse.  
At ille pro ijs quæ habebat in mandatis regi  
dicebat omnino regi ea esse deferaenda, Cetera  
dinaturus. Non modica verò per vniuersitatem  
ciuitatem erat trepidatio. Sacerdotes autem  
ante altare cum stolis sacerdotaliibus assem-  
bunt se & inuocabant de cælo eum, qui de  
positis legem posuit, vt ijs qui depoluere  
salua custodiret. Iam verò qui videbat summa  
sacerdotis vultum, mēte vulnerabatur. For-  
enim & color immutatus, declarabat inten-  
sionem dolorem. Circumfusa erat enim man-  
tua quædam viro, & horror corporis, per  
manifestus adspicib; dolor cordis ex-  
fiebatur. Alij etiā gregatim de domibus  
fluebant: publica supplicatione oblectan-  
turus. Accinctæq; mulieres ciliis pectus  
sæ crant, procurrebant sed & virgines que  
ad muros, quædam verò per venestras adspic-  
bant. Vniuersæ autem protendentes manus

LIBER V.

53

telum, deprecabantur. Erant eam misera cō-  
mixta multititudinis, & magni sacerdotis in-  
agone constituti exspectatio. Ehi quidem in-  
vocabant omnipotentem Deum, ut credita si-  
bi, his qui crediderant, cum omni integritate  
consenserentur. Hiliodus autem, quod de-  
tinebat, perficiebat, eodem loco ipse: cum sa-  
tellitibus circa ærarium, præsens. Sed spiritus  
omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensi-  
onis evidentiam, ita vt omnes qui ausi fuerant  
patriæ ei, ruerentes Dei virtute, in dissolutione  
& formidinem conuerterentur. Apparuit e-  
nim illis quidam equus, terribilē habens sesso-  
rem, optimis operimentis adornatus: isq; cum  
imperio Heliodoro priores calces elisit. Qui au-  
tem ei sedebat, videbatur arma habere aurea.  
Alij etiā duo apparuerunt iuvenes virtute de-  
cōti, optimi gloria, speciosique amictu: qui cir-  
cumsteterunt eum, & ex vtraq; parte flagella-  
bant, sine intermissione multis plagiis verbera-  
tes. Subito autem Heliodus concidit in terram,  
cum multa caligine circumfusum rapuerūt,  
et in sella gestatoria positum eiecerūt. Et is  
qui cū multis cursoribus & satellitibus prædi-  
dum ingressus est ærarium, portabatur nullo  
ibi auxilium ferente, manifesta Dei cognita  
virtute. Et ille quidem per dininam virtutem  
iaciebat mutus, atque omni sp̄e & salute priua-  
tus. Hi autem Dominum benedicebant, quia  
magnificabat locum suum: & templum, quod

Z a

pau-

334. COLLATION. SACRAL.  
paulò antè timore ac tumultu erat plenus,  
apparente omnipotente Domino, gaudio &  
lætitia impletum est. Tunc verò ex amicis Ho-  
liodori quidam rogabant consilium Onian,  
ut inueniret Altissimum, ut vitam donaret  
qui in supremo spiritu erat constitutus. Con-  
siderans autem summus sacerdos, ne fio-  
rex suspicaretur malitiam aliquam ex lude  
circa Heliodorum consummatam, obulsa pro  
salute viri hostiam salutarem. Cumque fure-  
mus sacerdos exoraret, iidem iuuenes cibis  
vestibus amicti, adstantes Heliodoro, dice-  
runt: Onia: sacerdoti gratias age: nam pro-  
pter eum Dominus tibi vitam donavit. Tu  
tem à Deo flagellatus, nuncia omnibus mis-  
eria Dei, & potestatem. Et his dictis non con-  
paruerunt, Heliodorus autem, hostia Deo  
lata, & votis magnis promissis ei qui vivere  
li cōcessit, & Onia: gratias agens, recepto em-  
bitu repedabat ad regem. Testabatur autem  
nibus ea, quæ sub oculis suis viderat, opus  
magni Dei. Cùm autem rex interrogasset  
liodorum, quis esset aptus adhuc semellet  
Solymanum mitti, ait: Si quem habes hostem  
regni tui insidiatorem, mitte illuc, & flagi-  
tum cum recipies: si tamen euascerit: cōque  
in loco sit vere Dei quædam virtus. Nam  
qui habet in cælis habitationem, visitare  
adiutor est loci illius, & venientes ad male-  
ciendum percutit ac perdit.

Is libr. 2. cap. 4. Machabœorum. Andronicus Oniam  
Pontificem dolo occidens, postea purpura exutus,  
itemque per ciuitatem circundatus, in eodem lo-  
to, in quo Oniam interficerat, occiditur.

## CAP. XVI.

CVM apud Tharsenses & Mallotas seditio  
moueretur, rex Antiochus festinanter il-  
luc venit sedare illam, reliquo suffecto uno ex  
comitibus suis Andronico. Ratus autem Me-  
nelaus accepisse se tempus opportunum, au-  
tei quædā vase è templo furatus, donauit An-  
dronico, & alia vendiderat Tyri, & per vici-  
nas ciuitates. Quod cum certissimè cognouis-  
ser Onias, arguebat eum; ipse in loco tuto se  
continēt Antiochia locis Daphnē. Vnde Me-  
nelaus accedēs ad Andronicum, rogabat ut O-  
niā interficeret. Qui cum venisset ad Oniā,  
& datus de exitis cum iure iurando (quamuis es-  
set ei suspectus) suassisset de asylo procedere,  
statim eum permit, non veritus iustitiam. Ob-  
quam causam non solum Iudei, sed etiam  
liz quoq; nationes indignabantur, & mōlestē  
seebat de necē rati viii iniusta. Sed regressum  
regem de Ciliciae locis, adierunt Iudei apud  
Antiochiam, simul & Græci: conquerentes de  
iniqua nece Oniā. Contristatus itaq; est an-  
imo Antiochus propter Oniā, & flexus ad miser-  
icordiam, lachrymas fudit, recordatus de  
functi sobrietatem & modestiam. Accensisq;  
animis Andronicum purpura exutum per to-

636 COLLATION. SACRARIAM CIUITATEM IUBET CIRCUNDUCI: & IN CODICE LOCO, IN QUO IN ONIAM IMPIETATEM COMMISERAT, SACRI LEGUM VITA PRUARI, DOMINO ILLI CO-DIGNAM RETRIBUENTE POENAM.

Ex eod. lib. 2. cap. 4. &c. 8. Machabeorum. Lysebus multis in templo commisit sacrilegijs, & ararium interficitur. Callisthenes, cum ianuas incendisset, incendio consumitur.

CAP. XVII.

**M**VLIS SACRILEGIJS IN TEMPOLO A LYSIMACHO COMMISSIS, MENELAI CONSILIO, & DIVULGATA FAMA, CONGREGATA EST MULTITUDO ADUERBIS AUTEM INSURGENTIBUS, & ANIMIS IRA TEMPLIS. LYSIMACHUS ARMATIS FERÈ TRIBUS MILLIBUS, QUI MANIBUS VTI COEPIT, DUCE QUODAM TYRANO, ETATE PARITER & DEMENTIA PROUERTO. SCIDELLEXERUNT CONATUM LYSIMACHI, ALIJ IANDES, ALIJ FUSTES VALIDOS ARRIPUERE: QUIDAM VINCEREM IN LYSIMACHUM IECCITER. ET MULTI QUÆDEM VULNERATI, QUIDAM AUTEM & PROFESSI OMNES VERO IN FUGAM CONUERSI SUNT. INFESTAM SACRILEGUM SECUS ERARIUM INTERFECERANT. (3. MACH. 8.) ET CUM EPINICIA AGERENT IN HIERONIMIS, EOS QUI SACRAS IANUAS INCENDERANT, REFUGISENT, INCENDERUNT, DIGNA ILLIS MERCOCCHI PRO IMPIETATIBUS SUIS REDDITA.

Ex 2. Machabaeorum cap. 13. De funestis interioribus Menelai sacrilegijs.

CVM Antiochus Eupator veniret cū multitudine magna contra Iudeam, commisit se illis & Menelaus: & cum multa fallacia deprecabatur Antiochum, non pro patria satiate, sed sperans se constitui in principatum. Sed rex regum suscitauit animos Antiochi in peccatorem: & suggestente Lysia, hunc esse causam omnium malorum, iussit (vt eis est consuendo) comprehensum in eodem loco necari. Erat autem in eodē loco turris quinquaginta cubitorum, aggestum vndeque habens cineris: hæc prospectum habebat in præcepsum. Inde in cinerem iussit deiici sacrilegum, omnibus cum propellentibus ad interitum. Et tali lege prævaricatorem Legis contigit mori, nec terretur Menelaum. Et quidem satis iuste. Nam quia multa erga aram Dei delicta commisit, cuius ignis & cinis erat sanctus, ipse in cineris morte damnatus est.

Ex 2. Machabæorum cap. 14. & 15. De Nicanore, qui iurabat se templū Domini Libero patri dedicaturū, & Deum sabbati authorē spernebat, eiusq; interitum.

Nicanor cū venisset ad maximum & sanctissimum templum: & sacerdotibus solitatis hostias offerentibus, iussit tradi sibi Iudam. Quibus cum iuramento dicentibus, nescire se voluisse, extendens manum ad templum, iurauit, dicens: Nisi mihi Iudam vinculum traditis,

Z 4 dexitis,

338 COLLATION. SACRARI  
deritis, istud Dei phanum in planitiam deducam, & altare effodiam, & templum hoc Libero patri consecrabo. Et his dictis abiit. Sacerdotes autem protendentes manus in celum inuocabat Deum, qui semper esset propugnatoris ipsorum, haec dicentes: Tu Domine universorum, qui nullius indiges, voluisti templum habitationis tuae in nobis fieri. Et nunc Sancte sanctorum omnium Domine, conserva in aeternum domum istam impollutam, quae nuper mundata est. (2. Mach. 15.) Nicanor vero ut comperit Iudam esse in locis Samarie, cogitauit, die sabbati cum omni imetu committit bellum. Iudeis vero qui illum per necessitatem sequebantur, dicentibus: Ne ita ferociter & barbarè feceris, sed honorem tribueret sanctificationis, & honoram cum qui vniuersitate conspicit: At ille infelix interrogauit, si christus iactans in celo, qui imperauit agi diem sabbatum. Et respondentibus illis: Est dominus noster ipse in celo potens, qui iussit agi sabbatum diem. At ille ait: Et ego potens sum super terram, qui impero sumi arma, & negotia regni impleri. Et Nicanor quidem cum summoperebria erectus, cogitauerat communem triumphum statuere de Iuda. Machabeus autem confidebat semper cum omni spe auxilium habere a Deo assuturum: & hortabatur suos, ne formidarent ad aduentum nationum, &c. Nicanor autem & qui cum ipso erant, cum tubis & can

R.R.  
item ad  
n hoc Libe  
tis admouebant. Iudas verò & qui cum eo e  
ti, inuocato Deo, per orationes cōgredi sunt:  
manu quidem pugnantes, sed Dominum cor  
dibus orantes, prostrauerunt non minus tri  
ginta quinque millia; præsentia Dei magnificè  
delecati. Cumq[ue] cessasset, & cum gaudio  
redirent, cognoverunt Nicanorem ruisse cum  
armis suis. Facto itaq[ue] clamore & perturbatio  
ne suscitata, patria voce omnipotentem Do  
minus benedicebant. Præcepit autem Iu  
das, qui per omnia corpore & animo mori pro  
ciubus paratus erat, caput Nicanoris, & ma  
num cum humero abscissam, Ierosolymā per  
feci. Quo cum peruenisset, conuocatis con  
tribulibus, & sacerdotibus ad altare, accersit  
& eos qui in arce erant. Et ostendo capite Ni  
canoris, & manu nepharia, quam extenderat  
contra domū sanctam omnipotentis Dei, mag  
nificè gloriatus est. Linguam etiam impij Ni  
canoris præcisam iusit particulatum auribus  
dari, manum autem dementis contra templū  
suspendi. Omnes igitur e[st]i benedixerunt Do  
minus, dicentes: Benedictus qui locum suum  
incontaminatum seruavit. Suspedit autem  
Nicanoris caput in summa arce, ut euidens  
esse, & manifestum signum auxilij Dei.

Nicophorus Callist. lib. II. Ecclesiast. hist. cap. 18. V. a  
lens Imper. ex filij libelio contra Basilium scriptio  
scribere volens, nullam exarare potuit literā, c[on]  
tra diuinum cōtracto, & manu tremore cōcussa.

Z 5

CAP.

340 COLLATION. SACRAR.  
CAP. XX.

**V**alens Imper. cum D. Basilius, ut Ante  
nis consentiret, inducere nō posset, pos-  
scribere eum instituit. Et iam ex filij libellis  
scribere erat, quem vbi manu sua Valentia  
borare conatus est, litteram nullam exar-  
potuit, calamus namque statim est cōstatu-  
Quod vbi in altero, & etiam tertio adscribo-  
dū sicut conuenit aptato, itidem vt in primo  
accidit, & ipse adhuc in scripto impio com-  
mando perstuit manus ei supra' quam erat  
potest, concussa, tremore intolerabili cō-  
pata. Proinde animo percutitus atque pauci-  
plenus, charta correpta, ambabus eam dilata-  
tauit manibus. Paulo verò pōst Prefecto quo  
que accidisse dicunt, vt morbo circumventus  
grauis, vbi vindictam supplex est depectu-  
tous conualeceret.

Nicephorus Callist. libr. II. Ecclesiast. his-  
tor. cap. 15. Cubicularius Valentis Imper. ob malesticā  
sum Aphraatem, orthodoxos in verareligione  
firmantem, mente captus seruentibus balgi  
suffocatur.

**E**x cubicularijs Valentis Imper. quida-  
sanctum vitum Aphraatem properau-  
um confessim ingressus, vt principi lauan-  
præpararet, mente captus, & in calidas aequi-  
clapsus, ibi vitam finiuit. Imperator aliqui  
CAP. XXI.

RAR.  
m, vt Asia  
posset pro-  
ilij libellus  
Valensio  
lam exar-  
st cōstatu-  
o adscribi  
vt in prima  
npi confis-  
quam cre-  
bili et occi-  
tque pauci-  
s eam dilate-  
refecto quo-  
circunnum-  
depitram  
er. quida-  
proper an-  
erat, in bello  
cipi lauacio  
calidas aqua-  
rator aliq[ue]  
du exspectans, & extrahi ea mora tempus que-  
tens, alij causam eius rei inquisitam sibi re-  
nunciare praecepit. Qui cu[m] & venissent, & om-  
nia circumspexissent, illum in calidis vndis  
morte frigida peremptum repererunt. Quod  
vbi Imperator cognouit, opus id quidem pe-  
tulantis, Aphraatæ sancto illatæ iniuriaæ, & cō-  
tumelia esse, recte arbitratus est. De impio  
autem dogmate eundem, iuxta iudicati cor-  
dis pharaonem, retinuit animum.

Exempla aliquot reverentie & dignitatis sacerdota-  
lii, quæ ex M. Maruli lib. 3. cap. 5. recenset Conr.  
Lycoff. licet in alienam religionem propensus,  
lib. 12. Theatri.

### CAP. XXII.

I Oannes primus, qui Hormisdæ in summo  
pontificatu successit, Cōstantinopolim versus  
pergens, cum Corinthum diuertisset, equum  
ci, a quo cōmodatum acceperat, restituit. Hoc  
equo, quod inter alios maluerat esset, vti sole  
bat uxor eius qui cōmodauerat. Post hæc verò  
cum illa incendere vellet, ferocire equus, ac  
velut effrenis & indomitus circumagere sese,  
ne omniō pari, vt cuius dotso pontifex iam  
sedisset, mulier federet. Cuius rei non medio-  
cōsideratio tum ipsam, tum virum cepit: se-  
que illo equo deinceps indignos iudicantes,  
cum pontifici, cui prius cōmodato concesser-  
ant, muneri obtulerunt. Docuit iumentum,  
quod homo ignorabat, non solum Ecclesiā an-

Z 6 tistitis

342 COLLATION. SACRA.  
tis tis personam esse honorandam, sed etiam  
locum, in quo constiterit, atque ad eodem  
ipsam, in qua se aliquando collocavit.

Marcellinus Anconæ urbis Episcopus, cum  
podagra morbo fractus ac debilitatus indece-  
re pedes non posset, gestari se iussit, & contra  
incendium, quo urbs ipsa cōflagrabat depos-  
mita res, ad illum usque flamma perueniens,  
retrocedere coepit: paulatimque vanescens, se  
vire desit, & sopita defecit. Quod si ignis, u-  
est, in animale elementum sacerdotij virtutem  
sensit atque refugit: quis tam impudens est, ut  
eandem reuerteri, eidemque se le inclinaret?  
Ijcereque contemnat.

Fratum Minorum institutor ac pater Franci-  
eiscus, maximo semper honore sacerdotio  
prosecutus est. Dicere solitum tradunt, siue  
sanctorum e celo in terram lapsi, & cum illis  
simul sacerdoti fortè occurrisset, prius se fac-  
erentiam facturum daturum, deinde  
hi significans, qui Christi & Apostolorum vo-  
ces in terris gereret, quām illi quem iam cum  
Christo regnare nosset. Quanta autem res esse  
sacerdotium, in eo ostendit, quod se indignus  
illo iudicans, nunquam promoueri passus in  
soloque diaconatus officio contentus, quod  
vixit, fuit. Cogitent nunc sacerdotes, qualia  
eos deceat perfectio, si Franciscus suam no-  
tum e  
Vicem  
imper-  
rum la  
esse. C  
pit, re  
May  
nol  
bus v  
accep  
era  
pote  
mine  
dare  
Mari

Mariam Aegyptiacam Zozimas Abbas in effecto orantem corpore supra terram attolli vidit, supra aquas Iordanis ambulantem non mergi, & stupefactus genua ante illam flectere reverentiae gratia voluit. At mulier sacerdotalem in ipso dignitatem animadueriens non permisit. Sed è contrà honorem, quo se indignam censuit, ei detulit. Maius quiddam exiliumans, sacerdotē esse, quām miracula facere.

A Constantino Imperatore legem editam tradunt, (*De hac lege Constantini, vide Theodo. lib. 1. c. 2. bisf. eccl.*) qua decernit, plus honoris deberi homini in sacerdotali dignitate constituto, quām vlli alij vel domino vel regi: certum enim esse, in illis honorari Christum, qui vicem Christi in terra gererent, non in illis qui imperarent terræ. Solis autem Apostolis, quorum locum sacerdotes tenent, à Domino dictū esse: Qui vos recipit, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit.

Mattinus Turonensis Episcopus, à Valentiniā. no Imperatore inuitatus, cum multis principibus viris vna recumbentibus primis poculura accepisset, in quo circūferēdo (sicut tunc mos erat) honoris ratio ducebatur, eo gustato, presbytero suo post se hauriendum porrexit. Neminem ex omni illo numero conuiuatum dignioriem decernens, cui secundum locū honoris daret, ne ipsum quidē Valentinianū Augustū. Valentiniāaus, cū aliquando adeunti se

Z 7 Mar-

544 COLLATION. SACRARI.

Martino nō assurrexisset, atq; etiam rem quādam petenti subiratus repulsa daret, sicut flamma à solo sursum versus emicante, allurexit inuitus: & miraculo perterritus, prout concessit, multoque deinde honore affectus Episcopos pariter, & presbyteros cœpit. Liquidò iam perspiciens, terrenam dignitatem diuinæ cedere debere: & Sacerdotio predicas aquum esse etiā ab Imperatoribus honorari.

Illud idem de Rudolpho Habsburgensi comite narratur, qui cum in itinere faciendo cum ædituo sacra ferentes inuenisset, sacerdotem suo, ædituum servi equo impositos, pede comitatus est. Qua quidem humilitate nobis ibi tantum, verū & posteris suis, ad aperitos in Repub. Christiana honores aditum facisse, à multis creditur.

*Iean. Zonaras tom. 3. Annalium, De libertate Episcopi Oneiandi erga Imperat. Anglorum.*

CAP. XXIII.

**A**NNO 25. sui imperij impurus Anastasius Episcopum Oenianum audiens diligenter admodum esse, & qui ora omnibus sententia de passo Deo assertoribus obturaret; cum honestatus est, ut ad suam factionem descisceret, pollicens cum quidquid petiisset illico acceperum. Cui Episcopus: Tu, inquit, potius ad orthodoxos transi: ne, dum opiniones impiorum hominum Seueri, Eutychis & Dioscoris amplecteris, aterno igni addicaris. Simulque ap-

prehendit

tehuis r

h Imper

de virtut

quam r

dus es

Ecclesi

impos

res. Sat

antistit

rator p

autem

quiden

libere

ration

Iouane

ren

Deo

CRAR.  
am rem quā  
daret, sicut  
cante, affus  
ritus, pene  
ore affere  
s capit. h  
dignitatem  
io predico  
s honoran  
urgensi co  
sacerdotem  
et, sacerdo  
ticos, pene  
itate non fo  
ad aperi  
aditum fo  
eritate Epis  
m.  
Anastasius  
ens distin  
s sententia  
reum hor  
fisceret, pol  
ò accep  
otius ad or  
es impio  
oscoriam  
nulque ap  
preche

LIBER V. 543  
prehendens Imperatoris chlamidem: Hæc ait,  
talis nequaquam te post mortem sequetur.  
Imperator: sed sola comitabitur te pietas,  
et virtutum habitus. Missam fac Ecclesiam,  
quam Christus suo redemit sanguine. Indo  
dis es, & ratiocinandi ignarus, neque ullum  
Ecclesiæ decretum perfectè intelligis: tantum  
imposturis & scurrilibus calumnijs famos ter  
res. Satis sit tibi dignitatis, quod Imperator es:  
antistites Ecclesiæ vexare noli. Ad hæc Impe  
rator pudore suffusus, obmutuit. Pauperimus  
autem cum esset ille Episcopus, ne obulum  
quidem ab imperatore voluit accepere: adeo  
libererat, & solius in Deum fidei ac pietatis  
rationem habens.

Iacques Zonaras Annaliæ tom. 3. Theophilus Imper.  
veniam & salutem piorum sacerdotum precibus à  
Deo imprecat.

CAP. XXIV.  
**T**heodora Imperatrix instatissimè orauit  
Patriarchā, alioso; Pontifices & monachos,  
& communib[us] precibus Imperatoris & con  
iugis sui salutem à Deo exorarent. Quod quū  
illi seruentibus animis fecissent, aiunt Deum  
precies seruorum suorum non esse adipernatū,  
sed ignouisse Imperatori Theophilo. Celebriā  
tut hæc, & ab his, qui Dei humanitatem intu  
cunt, & recipiuntur & creduntur. Neque ve  
ro quisquam eis fidem abrogavit, nisi qui pa  
rum posse intercessiones sanctorum apud  
Deum

346 COLLATON. SACRARIUM  
Deum senserit, & Dei bonitatem cum homi-  
nis erratis compouere ignoravit.

Albertus Crantius lib. 4. Saxonia cap. 7. Berna-  
dus Episcopus Halberstadiensis Othoni Magno Im-  
perati. volenti Episcopatum transferre resi-  
pectus ab Imperat. in vincula magna ambo-  
stantia Imperatorem excommunicat, qui peccato  
sententiam reueritus eum carceribus laxat.

CAP. XXV.

Ortho Imperator, Henrici Aucupis filius  
cum pontificatu de Vallersteue in Mag-  
deburgum illustriorem locum transiente mo-  
liretur, non putauit in sua prouincia supetatio  
quenquam super consensu interpellandum  
paulisper in ea re vir militaris alioqui circu-  
spectissimus, lapsus, quod secularis potuisse  
quæ secularia sunt, administrat: & de proprie-  
tate, quæ Deo iubet consecrari, sacra facinor  
autem diuinis visibus permissa, extra illius sum-  
ordinationem. Bernardus Halberstadiensis Epi-  
scopus ordinationi regis se opponit, quo  
in illius parochia esset locus, quem nouare  
luit rex dioecesi applicare. Faciebat, augustinus  
regi animos, quod paterna ditione locus ad eum  
pertineret: Erat enim Burgauius de Magde-  
burgo, qui regi permisit, ut eam arcem pium  
coniugi donaret titulo propter nuptias. Res  
non æquè tulit, quod auderet Episcopus sue  
voluntati contraire. Captum ergo perdidit  
iussit in Quedelenburg, & reclusus in carcere.

Sed in

edit aliquandiu bonus pontifex in patientia: forte rex ad cor reuersus, illum iubet et relati. Venerat sacra dies dominicæ coenæ: reolit Episcopus diuinorum, quæ in Ecclesia um erant peragenda, ministeriorum: Iubet facias sibi vestes afferri: paretur. Indutus, orat iudicari regem: Erat enim tunc eo loci. Venit, arbitratus Episcopum mutasse sententiā, consensumque prabiturum ad rem quam iasituerat. Vbi rex aderat, Episcopus eleuata manu, exsecrationē protulit, & excommunicationem in regem qui manus intulisset Christo Domini: interdixitque sacris per omnem diœcensem. Rex amentiam interpretatus, quod tale aliquid captus moliretur, primum videbatur rem excepisse cachinno: vbi profundius cogitabat, sententiam pastoris putabat non esse contemnendam. Itaq; iussit mox laxatum remitti ad Ecclesiam suam, & permansit res infecta per omnes dies, quibus supererat Episcopus memoratus.

Nicophor. Caliphus libr. 14. Ecclesiast. hist. cap. 43.  
De translatione corporis D. Ioannis Chrysostomi,  
& quibusdam admirandis operibus, que in ea trās  
latione contigerunt, & quomodo Imper. Theodo-  
fius segesserii erga defunctum Chrysostomum.

C A P. X X I.

Patriarcha Proclus cūm sciret Ecclesiam dudu scissam esse propter abrogatā Chrysostomo dignitatē, cōsilium quesuit, quod Eccle-

Ecclesiam à dissidio & seditione conseruauit,  
& hominum mœrem consolaretur. Rem  
Dci ductu mirabiliter est aggreditus. Quis  
patriarchatus eius anno plebs, quæ pè pro  
pter Ioannem tumultuata fuerat, congregata  
Proclo persuasit, ut legatione apud Imperato  
rem fungeretur, ut sanctus ille vir ab imulo  
exilio reuocaretur, populusque & Ecclesia os  
birate liberaretur, petitus. Tumulus autem  
immobilis prorsus fuit. Et quum multa  
torum manus ad eum mouendū adhuc  
essent, nihil magis loco moueri potuit. Quo  
ybi Imperator cognovit, statim causam cui  
rei intellexit. Itaque literis rubrica scripsit  
virum sanctum, ut adduci se pateretur, ob  
testatus est. Literæ ipse supra pectus eius pos  
tae, & perugilium actum, precesque ad Deum  
fusæ sunt. Ita tumulus se abducentibus fac  
iem præbuit, & sanctus ipse pondus eius  
uius redditū, vna cum baiulis simul ferè visus  
est. Literas Theodosij ad eum scripas, de  
referre visum est. Orbis torius doctori, & sp  
irituali patri, Ioanni sancto, & aurei oris patri  
archæ, Theodosius Imperator. Corpus tum  
idem ut aliorum mortuum esse purum.  
Pater honorande, transferre id & adducere  
ad nos, sicuti filiæ parentum amantes deli  
cavimus. Quin autem debitum prorsus ho  
norem, & quantam opus fuit summisionem  
& modestiam, eam in tenui non contulerimus

Lo-

CRAR.  
conseruare,  
tur. Remai-  
us. Quoniam  
ux p̄t pro-  
congregari,  
d impun-  
ir ab iniurie  
Ecclesias  
nulus auctor  
miserere  
nū adhibiri  
potuit. Quo-  
raulam cui  
ica scripta  
teretur, ob-  
us eius p̄fici-  
us ad Den-  
tibus fac-  
dus eius lo-  
ulferē vī-  
criptas, his  
ectori, & sp̄-  
i oris par-  
corpus iugum  
& purantes  
& adducen-  
tes delicio-  
profes: ho-  
missionem  
atulemum  
In.

LIBER V. 349

Imperialis fortasse fastus leges in rebus, qui  
nos magis quām imperio ipsi honestos ef-  
fecit, sequitū: non immērito voto nostro  
eridimus. At tu Pater patrum verē reueren-  
tissime, (nunc enim veluti viuentem alloqui-  
nur) ad desiderium potius nostrum, quām ad  
ceptum tuum spectans, veniam da p̄nitenti-  
bus, qui longē magis quām alius quisqua  
penitentiam docuisti, & nos vicisti: idoneum  
que castigationis, desiderio flagrant, errorem  
que suum agnoscēti animae, cō quād hucus  
quere creditum ad nos tuum detrectasti, exem-  
plum exhibuisti: redde teipsum nobis quāso,  
redde. Ut enim longiori mora & dilatione nos  
amplius etiam affligas, neque commiseratio-  
nis visceribus tuis, neque amori, neque exspe-  
ctationi nostra dignum est, qui non solum  
corpus & cineres, sed solam etiam vmbram  
mā cernere cupimus. Literæ tales fuēre. Post-  
quam autem itinere confessio, in littus ex ad-  
vento Conſtantinopoli ad Chalcedonē cum re-  
liquijs sancti viri peruenēre, transiit eō Imper-  
ator, & senatus imperatorius: transiit etiam  
Patriarcha, & iudices, magistratus que omnes  
dēcide generis & ætatis homines omnes, per-  
ficiunt in mari perinde atq; in continentē va-  
dentes, & ad Propontidem os Bosphori arden-  
tibus funeralibus regentes, sacrum tumulum  
imperatoria tritemis exceptit. Tum sanguinem mira-  
culum quoddā edidit Deus prodigijs, quā vnu-  
quam

550 COLLATION. SACR.

quam visa sunt, longè maius. Quum enim certa & constans esset in mari tranquillitas, repentina subito exorta est procella & naues innumerabiles illius classis aliae alio diuersis luti sua consulentes dispersæ sunt. Ea autem quæ sacrum illud pondus & præclarum defauit vchebat imperatoris triremis, fatus de repente ruptis, veluti divisa gubernatrix manu ad viduæ agrum appulit. Vidua ergo illius, propter quam sponsa Christi Ecclesia pastore tanto viduata fuerat. Et rusum per mortem quoque iusto iudicio legitimam intulit sententiam, agrum viduæ authorizans sua attribuens atque confirmans: Deo nimirum magnum illum glorificante, & iniquum exsilium eius aperte deprecante. Et quo ad eum fieri potuit, petram nauis disidiis, quod dicitur raculum hodie quodque cernitur, & egregius lius ardorem eximiū quovis praecone claram attestatur. Hoc ubi factum est, serenitas rursum aduenit, & naues aliae aliunde collectae cum apparatu & comitatu maximo, carnisibus debitissimis virum sanctum producentes, urbem imperantem deportarunt. Eumque primum circa Amantium magni Thomæ excipit: inde verò in sanctæ pacis delubrum detinutus, postea porrò imperiali curru tumulus rectus, in sanctorum Apostolorum fanum illustratus est. Ibi Imperator sacro tumulo chlamide tecto, & fronte atque oculis vix impotito

comunem supplex precationem pro paren-  
tibus fecit. Dudum enim illi mortui fuerant,  
in pupillari ætate cum tenerum relinquentes.  
Seorūm verò pro matre quoque precatus est,  
numuli eius motus atq; strepitus cōsisteret.  
Ingentia enim & quinque annos iam is qua-  
tebatur, quo tempore scilicet & ipsa Ecclesiā  
conceutiebat. Nec ille id non exorauit. Conse-  
cum namque vrna eius constituit. Atque vbi sa-  
cer Proclus virum sanctum in eundem secum  
thronum collocauit, plebs circumfusa ore v-  
no exclamauit: Recipe, inquiens, thronum tu-  
um, ô pater. Fertur ipse quoque tum, quæ du-  
dum clausa fuerant, labris rursum apertis, ad  
populum dixisse, Pax vobis: sicuti id circum-  
stantes homines, & Proclus Patriarcha se audi-  
uerint estati sunt. Porro sacris mysteriis, pera-  
dis, ad reliquiarum eius repositionem itum  
est. Et episcoporum manibus magnus antistes  
subbasim sacræ & diuinæ mensæ, veluti sacer &  
inuolabilis thesaurus, conditus est. Episcopis  
Episcopus, martyribus quamuis sine languine  
martyr, prophetis Christi & Apostolis magna  
aque aurea Ecclesia Christi tuba, omnes om-  
nium aures personans, & pia dogmata & præ-  
cepta clare musicis planè modulis accinens.  
Factum id vigesimo septimo mensis Ianuarij  
die. Ingenti autem facinore isto, illi etiam, qui  
propter ipsum secesserant, persuasi, Ecclesia  
omnes coniuncti atque vniuersi sunt.

552 COLLATION. SACRAR.  
Ex historie Tripartita lib. 9. cap. 30. Entre quilibet  
versum Rom. Theodosius imperat. ob eadem Tefla  
lonice excitata ab Ambroſ. excommunicatum po-  
ret, discit que imperat. & sacerdotis differetur  
Ambroſio. C A P X X V I I.

**T**heſſalonica ciuitas est grandis & popu-  
loſa, in qua cum fuiſſer orta ſediuſ gal-  
dam Iudicuſ lapidati ſunt atque tradiſ-  
tione. Hinc indignatus Theodosius, iracundia no-  
refrenauit impetuſ, ſed iuſſit iniuſtos gal-  
os ſuper omnes euaginari, & ynā cum ar-  
centibus interimi. Septem millia etenim mi-  
nimum, (ſicut fertur) occiſa ſunt, non pa-  
dente iudicio, ſed tanquam in melibus or-  
nata valde gemiſibus, audiens Ambroſius, princeps Mediolanum veniſſet, & ſolemniter  
in ſacrum voluiſſet intrare templum, oce-  
rit foris ad ianuas, & ingredientem hiſto-  
monibus à ſacri liminis incellu prohibe-  
ta ſit magitudo, neque post cauſam tantu-  
moris mens tua molem preaſumptionis ag-  
ſcit: ſed forte recognitionem peccati prohibe-  
potestas imperij. Decet tamen ut ratio vi-  
mortalitas atq; resolutio, & puluis progenie-  
rum, ex quo facti, & in quem redigēti humi-  
ſi & nō flore purpureo confidente infirmitate  
operti corporis ignorare. Coequaliū homi-

LIBER. V.

553

principes es, ô Imperator, & conseruorum. <sup>553</sup>  
nus enim est omnium dominus rex omnium  
creator. Quibus igitur oculis adspicies com-  
munis Domini templū? quib. calcabis pedibus  
sanctum illius pavimentū? quomodo manus  
tendes, de quib. adhuc sanguis stillat iniu-  
sti? quomodo huiusmodi manibus suscipes  
sanctum Domini corpus? qua temeritate ore  
tuo poculū sanguinis pretiosi percipies, quan-  
do furore verborum tuorum rātus iniuste est  
sanguis effusus? Redde igitur, recede, nec al-  
ten peccato priora crimina augere contem-  
nas. Suscipe vinculum, quo te omnium Domi-  
nus nunc ligat: est enim medicina maxima  
facitatis. His sermonibus Imperator obediens  
(erat enim diuinis eruditioibus innutritus,  
& aperte sciens, quæ sint propria sacerdotum,  
quæ regum) gemens & flens ad regalia reuer-  
sus est. Cumque octo mensium continuorum  
transisset tempus, propinquauit nativitatis  
Saluatoris nostri festiuitas. Imperator autem  
lamentationibus assiduis in palatio residens,  
continua lachrymas incessabiliter expēdebat.  
Ingressus itaque Russinus tunc magister, & sin-  
gularem apud principem habens loquendi li-  
beratem, & videns principem in lamentatio-  
ne prostratum, accessit ut lachrymarum cau-  
sam inquieret. At ille amarissimè ingemi-  
iens, & vehementius lachrymas fundēs: Tu,  
quis, Russine ludis, & mea mala non sentis,

Ego

354 COLLATION. SACRARI  
Ego autem lamentor & gemo calamitate  
meam: quia seruis quidem & mendicantibus  
aperta sunt templa Dei, & proprium domini  
ingredientes licet exorant, mihi vero inge-  
fus ad eum non est. Insuper etiam calci-  
mibi clausi. Hæc dicens, verba singula sequen-  
tibus interrumpebat. Ruffinus vero: Cum  
inquit, si tibi placet, pontificis precibus per-  
suadebo, ut soluat vinculum quod illigatum.  
Ait Imperator: Non suadebis Ambrosio. Ne  
ui ego decretum illius esse iustum, neq; ve-  
bitur imperiale potentiam, ut legem pere-  
riceatur diuinam. Cumque Ruffinus verbis  
zimis uteretur, & promitteret Ambrosium  
esse flectendum, imperator eum profecto  
cum festinatione præcepit. Ipse vero spes  
paulò post eum secutus, credens Ruffini pro-  
sionibus. Porro vir mirandus Ambrosius  
ut vidit Ruffinum, ait: Impudentiam can-  
thor existens, pudorem ex fronte deterge-  
nec erubescis, nec metuis contra imaginem  
trare diuinam. Cumq; Ruffinus supplicaret  
Imperatorem diceret esse venturum, super  
zelo accensus Ambrosius ait: Ego vero, in  
Ruffine prædicto, quod cum ingredi facili-  
mina prohibeo: si vero imperium in tyranno  
dem mutabit, necem libenter & ego iusta-  
piam. Hæc alia plurima Ruffinus audient  
auacauit Imperatori votum antisistitis, mon-

CR.A.R.  
calamitatem  
endicantibus  
i vero inge-  
lam califico-  
singula fragi-  
llo. Cum  
precibus pro-  
quod illigui-  
m, neque re-  
legem pre-  
bus verbo  
t Ambro-  
um profici-  
vero sp. ad  
utini pro-  
mbirofus  
entiam can-  
elicer cedim  
ate deergen-  
i imaginem  
supplicare  
rum, suppon-  
o vero, inde  
gredi facili-  
um in tyran-  
& ego fide-  
ius audiens  
tisitis, mon-

LIBER V. 333

te de palatio forcè procederet. At imperator  
in media platea cognoscens, Pergam, in-  
quit, & iustas suscipiam contumelias. Cumq;  
si sacra limina peruenisset, in sanctam quidē  
publicam non intrauit, sed veniens ad anti-  
tem, & inueniens eum in salutario residen-  
to, supplicabat ut ipsius vincula solueret. At  
illityrannicam dicebat eius esse præsentia, &  
contra Deum insanire Theosum, eiusque cal-  
care leges. Verùm Imperator: Non, inquit, in-  
surgo aduersus Ecclesiasticas sanctiones, nec  
inique ingredi limina sacra cōtendo, sed te sol  
uete mea vincula deposito, & communis Do-  
mini pro me exorare clementiam, nec mihi  
ianuam claudi, quam cunctis poenitentiam a-  
gentibus Dominus noster aperuit. Tum anti-  
tes: Quam, inquit, poenitentiam ostendisti post  
ta sclera? Quibus medicaminibus incur-  
billa vulnera plegasque curasti. At Imperator,  
Tum, inquit, opus est docere, & medicami-  
na temperate: meum vero oblata sincipere.  
Tum sanctus Ambrosius: Quoniam surori, in-  
quistum iudicium commisi, & non ratio  
procul sententiam, sed potius iracundia,  
scibe, legemq; decreta furoris euacuer, vt tri-  
ginta diebus sententia necisatque proscripti-  
onis in literis tantummodo maneat, & iudi-  
cium rationis expectet: quibus transactis die-  
bus, ita videlicet iam cessante, ratio causam iu-  
dicans, apud seipsum quæ cognoverit, sub ve-

A a ritate

556 COLLATION. SACRARIATE disponat. In his enim diebus cognoſetur an iusta sit quam protuleris, an iniufa lenientia. Et, si quidem ratio probauerit, iniufaque ſunt prolata, abolebit: ſi vero iusta, firmabit. Dierum vero numerus ad hæc examina da fufficiet. Hanc admonitionem Imperator animo lubenti ſuscipiens, & optimam efficiens, legem conſcribi repente p̄ceperat, de propriæ manus literis confirmauit. Quo faciūtum cius ſoluit Ambroſius. Quæ lectiones obſeruatur. Eſt enim huiusmodi.

Impp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius.

Auggg. Flauiano, Praefecto, Praetor Illyrici.

